



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Murenulæ Sacræ Vestis Sponsæ Regis Æterni  
Vermiculatæ Opus, De Privilegiis Ordinum Regularium**

**Alviset, Virginius**

**Campidonæ, 1673**

§. 5. De Acquisitione privil. per viam extensionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62361](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62361)

Tutores, & tutrices, utriusque sexus liberi. Nec non dicti ordinis conservatores, presentes, & futuri. Omnium, & singularum missarum, precationum, & sacrificiorum, ac quorumcumque aliorum bonorum in toto ejusmodi ordine Minorum, de cetero faciendorum, & recitandorum, participes fore, & illis communicata sint, & esse debeant.

40 Demum quarto Clem. VII. an. 1529. die 17. April. uni Syndico seu Procuratori, cujuslibet conventus trium regularum Ordinis Minorum. Eiusdem Syndici, seu procuratoris uxori, & liberis, communicavit omnes indulgentias, favores, & peccatorum remissiones, quibus ipsi Minores gaudent. Et insuper statuit, ut idem Syndicus, seu Procurator, non possit conveniri nisi coram iudice conservatore conventus cui servit, pro quacunque causa, seu civili, seu criminali B. qua incipit. *Dum consideramus*. Verum ad hoc ut illustri hoc privilegio aliquis gaudeat, ego arbitror, illum debere servire gratis, alias autem si pro pretio, potest illi dici, recepisti mercedem tuam. Et ita videtur satis innui in praefatione Bullae. Quantum verò ad posteriorem partem privilegii, & exemptionem, attendendum erit ad praxim, & satis dubito, an haec illi locum dederit.

## §. V.

De Acquisitione privilegiorum per viam Extensionis.

## S U M M A R I U M.

1. Haec valet ex tribus Capitibus, scilicet 1. dispositione juris. 2. Significationis. 3. Connectionis materiae, rei, causa, personae.
2. Ex 1. capite ad quas personas fiat extensio, num. 3. 4. 5. 6.
7. Ex 2. capite ad quas, & num. 8. usque ad 14.
15. ex 3. capite ad quas personas extendi-

tur usque ad num. 20.

21. Exceptio horum, usque ad finem.

Hac via acquiruntur privilegia, ex tribus capitibus, nempe, aut propter dispositionem juris. Aut propter vocis significationem. Aut propter materiae, rei personae, seu causae connexionem. Propter dispositionem inquam juris. Puta in illis casibus, pro quibus ita in jure cavetur, ut v. g. in matrimonio cuius favore, extenduntur privilegia viri ad uxorem l. 1. & l. femina ff. de senat. l. fin. C. de incol. lib. 10. & l. mulieres eod. de dignit. lib. 12. Sic ex ejusdem juris dispositione privilegia concessa nuptis, & nubentibus, extenduntur ad virgines, & Christo nubentes, ut notant Gloss & Bald. l. imperialis C. de nupt. Koraman. in sibil. trigand. c. 57. Et alii per cap. cum inter Canonicos. de elect. c. fin. & penul. de transl. & auth. nisi rogati C. ad trebell. Unde bene inferunt. Aret. c. in praesentia de prob. Ferret. Felin. & alii Canonista. eod. cap. 3. p. var. res. c. 11 num. 207. & Sanch. lib. 1. de matrim. dis. 33. Quod legatum relictum puella si nubat, ei debetur, si monasterium pro servanda virginitate ingrediatur. Sic ex ejusdem juris dispositione privilegium fori, quo gaudent Clerici, extenditur ad ipsorum familiam, & domesticos. can. clericum. 1. qu. 1. cap. eos. dis. 22. & c. judicatum. dis. 89. Quod licet de solis domesticis perpetuis, & perpetuo Ecclesiae servitio addictis intelligat Archid. cit. can. Clericum. Panor. & Aretin. cap. 2. de foro comp. Socin. tamen ib. d. ait dispositionem habere locum etiam in non perpetuis familiaribus, si modo per annum servant, aut per aliquod tempus simile, & non sint dietim conducti. Quod est indubiatum saltem pro domesticis Episcoporum, per cap. si ex ira, & cap. fin. de offic. arch. uti & docent Imol. & Felin. cap. 2. de foro comp. Abb. & Joan.

& Joan. Andr. eod. cap. cum non ab homine. de judic. Host. eod. Et alii plures quos citat & sequitur Joan. Ant. de Nigris in extravag. unic. de vit & hon. Cler. n. 39. Quin  
 6 etiam nonnulli volunt hanc dispositionem habere locum nedum in domesticis Clericorum, sed etiam Laicorum, & eorum privilegia pari ratione extendi ad ipsorum famulos per c. ad liberandum. de Inde. In quibus omnibus tamen attendenda erit praxis singularum locorum legitima.

Acquiruntur secundò privilegia per extensionem, propter significationem vocis, quando scilicet hæc quæ inveniuntur concessa sub certo nomine expresso, trahuntur ad omnes personas, quæ aliquo modo, & analogicè comprehenduntur sub tali nomine, seu vi, & significatione ipsa vocis, seu ex communi usu loquendi, seu etiam ex dispositione juris. Et sic v. g. notabam superius, quòd privilegia  
 8 maritarum extenduntur ad virgines, & in Domino nubentes, quia nimirum nomine matrimonii æquo jure intelligitur spirituale ac carnale, ut inter alios docet  
 9 Natta cap. quamvis de pact. in 6. nu. 193. Sic privilegia concessa filiis extenduntur ad nepotes, secundum Anchar. cap. 1. de  
 10 const. num. 422. Militum, ad Clericos, & Doctores. Clericorum ad Regulares. Regularium ad ipsorum Novitios, & Oblatos. Ac Regularium virorum ad eorum moniales, ut specialiter  
 12 pro Cisterciensibus decrevit Urban. IV. Pro Cassia Paul. IV. Pro Augustin. Leo X. Pro Minoribus Sixt. IV. Bonifac. VIII. Jul. II. & Leo X. Et pro Carmelitis Gregor. XV. Ut vice versa Leo X. extendit privilegia Clarissarum ad suos Minoritas. Sic Clem. VII. extendit privilegia  
 13 concessa uni ordini Sancti Augustini. & Sancti Francisci ad duos alios ut sic Pro-

fessores prime, secunda, & tertia Regule cujusque Ordinis, in eodem privilegio communiter gaudeant. Quin etiam eorumdè Oblati indulto Eugen. IV. & Sixti IV. pro Carmel. & August. Imò & illa Tertiaria, quæ vitam cælibem voverunt, etiam si habitent in propriis domibus, & non sub clausura, concessione Leon. X. facta Minoribus. Quorum omnium (præter voluntatem, & beneplacitum Summorum Pontificum, qui illa concesserunt) ratio est, quia illæ omnes personæ comprehenduntur sub nomine regularium, seu fratrum, quamvis aliqua magis propria, alia minus.

Sed & tertio acquiruntur privilegia per viam extensionis propter connexionem, (ut dictum est) materiæ, causæ, rei, vel personæ. Quod contingit, quando persona non posset uti suo jure & privilegio (saltem commode) nisi facta illius extensione ad aliquas alias, quibus tamen non fuit concessum. Et ita admittuntur  
 15 Panor. c. quam sit de jude. Jas. l. scribarios. Cod. de mul. test. Barth. in tract. represal q. 6. Septima q. principalis. Angel. v. privil. num. 7. Sylvest. eod. v. num. 6 & communiter alii. Quia non est inconveniens, ut quis ex persona alterius consequatur, quod non habet ex sua, ut notat Gloss. c. ex litteris. de jur. patr. cap. quærela de sim. leg. Aristot. ff. quæ res pign. oblig. possit l. quædam. eod. de acquir. rer. dom. l. in modicis eod. de contr. empt. & l. si si is qui duos eod. de lib. leg. Et sic v. g. privilegium ingrediendi monasterium cõcessum reginæ, vel fundatrici, extenditur ad  
 16 ejus Ephebos, Puellas, & totam Gynicæ sine quo non solet aut decet esse. Sic cum Domino habente privilegium, interfendendi divinis tempore interdicti, admittuntur & famuli. Sic privilegium hospitalis extenditur ad eius ministros. Principalis

pals seu principaliter obligati ad fidejuf-  
 forem, ut monet Carot. cap. cum quid de  
 reg. iur. in 6. qu. 4. nu. 7. Antecedentis ad  
 suum conseqvens. Et rei principalis ad  
 suum adjunctum, vel accessorium, ut docet  
 Abb. cap. 1. locali. Et Oldrad. cons. 11.  
 10. Fallit tamen, & locum non habet hac  
 doctrina in duobus casibus, nempe pri-  
 mo quando agitur de damno tertii, quod  
 ex tali extensione resultaret, tunc enim  
 privilegium non extenditur sed coarctat-  
 ur, ad vitandum illud damnum. Et sic v. g.  
 notat Panor. c. ex ore de privil. Quod quado  
 eximitur monasterium non potest tamen  
 exemptio extendi ad membratilis mona-  
 sterii propter praerudicium jurisdictionis  
 11. Episcopi. Fallit secundò hæc doctrina  
 respectu futurorum & posthumorū, quia  
 privilegium rei principalis non extendit-  
 ur ad illa quæ post concessionem privi-  
 legii tali rei accesserunt, sed ad illa solum,  
 quæ tempore concessionis comprobantur  
 fuisse adjuncta. Et sic v. g. Host. Panor.  
 12. Joan. Andre. & Alii in c. cum capella. de pri-  
 vil. dicunt, quod privilegium concessum  
 monasterio, & ejus capellis, seu Ecclesiis,  
 intelligitur de presentibus tempore con-  
 13. cessionis, non de adificatis, seu quovis  
 modo postea acquisitis. Sic in c. nuper Ab-  
 bates, de decim. statuitur, quod privilegium  
 14. percipiendi decimas, non extenditur ad  
 novalia. Sic denique privilegium conces-  
 sum Principi, nominandi ad beneficia,  
 intelligi debet de existentibus, intra li-  
 mites regni, prout circumscribebatur,  
 tempore factæ concessionis, non de fun-  
 datis postea, vel existentibus in aliis Pro-  
 vincis, quas postea seu jure belli, seu suc-  
 cessione, donatione, aut quovis alio titu-  
 15. 250. acquirit, & suæ coronæ univit. ar-  
 gum. l. si na. ff. de aur. & argum. l. Ubi di-  
 citur, quod si testator legat vestem, vel  
 argentum suum, id solum venit quod ad-

erat, tempore facti testamenti. Et l. cum  
 ratio de eod. de bon. damnat. Ubi bona ac-  
 26. quilita post confiscationem bonorum  
 non addicuntur fisco, vide etiam ad hoc  
 l. si mandaverit. ff. mand. &c.

§. VI.

De Acquisitione Privilegiorum per  
viam Relationis.

SUMMARIUM.

- 1. Privilegia possunt in allegantem retorqueri, & quo jure & 2.
  - 3. In prescriptione habet locum retorquutio.
  - 4. In actore & reo de quo exempla 5. & 6.
  - 7. Retorquutio non habet locum respectu cause priæ.
  - 8. Neg. in privil. insertis corpori iuris.
  - 9. Neg. in concessis motu proprio.
- H**ane viam agnoscunt, & pro re-  
 gula tradunt Burg. in rubr. de rescr. n.  
 39. Nicomit. c. quoniam de prob. p. 2. num.  
 633. & seq. Jal. auth. quas actiones. C. de sa-  
 crof. Eccl. quest. 2. Barth. & Fulgos. eod. &  
 communiter alii in l. 3. ff. quod quis iur. Ea  
 autem utimur, quando privilegium quod  
 quis contra nos allegat, nobis simul ven-  
 dicamus, & contra illum vicaria relatio-  
 2. ne retorquemus. Quod licitū faciunt DD.  
 ad servandam aequitatem naturalem, quæ  
 sanè videtur exigere, ut dum quis habet  
 privilegium ad aliquid faciendum, vel ne  
 alius aliquid ipsi inferat, etiam ipse prohi-  
 beatur hoc inferre alteri, de quo plura ex-  
 3. empla congerunt supra cit. DD. locis cit.  
 ut Ecclesia Non ante lanæ, quæ quia ha-  
 bet privilegium, ne quis cōtra illam præ-  
 scribat minori spacio quam 100. añorum,  
 etiam potest per retorquutionem privi-  
 legii, prohiberi præscribere minor ter-  
 mino contra privatum. Sic quia actor &  
 reus sunt correlata, qui in omni materia  
 æqui-

